HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 74v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



credulitatis eius. Nam et in ipsa pales-
tina. iudeaq; prouincia. gentes plurime
remanserunt que non sunt eiecte. Neq;
enim sponsor in crimine est. si ille
cui repromittitur indignum se fecit spon-
sione. presertim cum proponatur optio pro-
mittentis. Si uoluerit is et audieri-
tis me. que bona sunt terre comedetis.
sin autem noluerit is. gladius deuora-
bit uos. Eligunt ergo presentia. nec
statim qui eligit temptari non pot
nec perire. quia et saul electus in re-
gem. et iudas in apostolum suo postea
uicio corruerunt. Eleuatio autem
manus siue extensio habitum percu-
tientis ostendit. ut percuteret pro eis
egyptios et populum israel de egypto liba-
ret. Et dixi ad eos. Unusquisq;
offensiones oculorum suorum abiciat. et
in ydolis egypti nolite pollui. ego
dominus deus uester. Lxx. Et dixi ad eos. Unus-
quisq; abhominationes oculorum suorum
proiciat et ad inuentionibus egypti
non polluatur. ego dominus deus uester. Y. Per offen-
sionibus que hebraice dicuntur sec-
cuse. symmachus interpretatus est
nausias aquile secunda editio. abscisio-
nes. ut significarent abiciendas ab
oculis lippitudines. et quasi nausiam
que non solum aspectum impedit sed
et contra cernentibus uomitum cre-
at. Gelule quoq; uerbum hebrai-
cum est quod lxx. ad inuentiones.
aquile prima edicio inquinamenta
secunda symmachus et theodotio ydo-
la interpretati sunt. quos et nos
in presentiarum secuti sumus. Precepit
autem ex euntibus primum de egypto
ut obliuiscantur ydolorum. quibus mul-
to tempore seruierunt. immo ut abi-
ciant ea ab oculis suis. ut ne aspec-
tu quidem digna habeant. et quibus
multo tempore polluti sunt. ultra non acqui-
escant.

Ego Inquit dominus deus uester. non porten-
ta egyptia. non uariorum figmenta
monstrorum. Sed et nobis quoniam eximus
de egypto iubetur. ut offensiones
oculorum nostrorum abiciamus. ne scilicet his
delectemur. quibus antea delectabamur
in seculo. ne symulachris egypti pol-
luamur. ad inuentionibus uidelicet phy-
losophorum atque hereticorum que recte
ydola nominantur. aspectaculis quoq;
immo offensionibus egypti. remoue-
amus oculos. harene circi. theatrorum.
et omnibus que anime contaminant
puritatem. et per sensus ingrediuntur ad
mentem. impletur quod scriptum est.
mors intrauit per fenestras nostras.

Et irritauerunt me. Lxx. Et recesserunt
a me. Y. Siue ut symmachus interpre-
tatus est. non acquieuerunt mihi. statimque
uocati recedunt a deo. ut nullum
sit spacium inter uocationem et recessio-
nem. Et hoc notandum quod nemo
recedit a deo. nisi qui ante cum eo
fuerit. Unde et draco in iob uolumi-
ne apostatem. preuaricator et rece-
dens appellatur.

Noluerunt audire. unusquisq;
abhominationes oculorum suorum
non proiecit. nec ydola egypti reli-
querunt. Lxx. Et noluerunt au-
dire me. abhominationes oculorum
suorum non proiecerunt. et ad inuentiones